UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 11. An jurisdictio hæc possit alia in causarum specie à partibus prorogari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

QVÆSTIO VNDECIMA

An iuriſdictio hæc poſſit alia in cauſarum ſpecie à partibus prorogari.

SUMMARIUM.

1. *Prorogatio iuriſdictionis vigintiduumviralis eſt impermiſſa.*
2. *Iudices damnorum de alijs cauſis non cognoſcunt.*
3. *Iudices criminales de civilibus non cognoſcunt.*

RESpondendum non poſſe, Cum enim hi iudices deſignati ſint ut de iudi- 1
cum corruptela violentiiſque cognoſcant non poteſt hæc iuriſdictionis ſpe-
cies ad aliam quæ diverſæ eſt naturæ atque ſpeciei prorogari, *Hippol. de Marſilijs l.*
fin. num. 199. & ſeqq ff. de iuriſdict. om. iud. Calderin. conſ. 10. de for. comp. ſic reſpon-
ſum eſt iudices deſignatos in cauſis damnorum cognoſcere de cauſis meri mixtive 2
imperii non poſſe, *Angel. lib. 1. col. ult. ff. de iudic* & cauſarum criminalium iudices 3
falcem ſuam immittere in quæſtiones civiles non poſſe, *l. ſolemnis §. latrunculator* 4
ff de iudicijs Marſil. d. num. 199. Denique mercatorum iudicibus de cauſis ad merca-
turarum non concernentibus cognoſcere non licere, *Hippol. de Marſil. d. num. 199.*

QVÆSTIO DVODECIMA

Qualis debeat eſſe ſenſus clauſulæ que l'on ne doibt mener aucun hors Loy.

SUMMARIUM.

1. *Clauſula ne mener aucun hors loy intellectus & nu. 7. & 8.*
2. *Factum iudicis eſt factum pactio.*
3. *Debitor iniuriam facit creditori non ſolvendi.*
4. *Iuriſdictio ordinaria nullis circumſcribitur terminis.*
5. *Abſurdum quod eſt evitandum eſt.*
6. *Diſpoſitio omnis interpretanda eſt ne contineat abſurdum.*
8. *Diſpoſitio interpretationem accipit à ſenſu vulgari.*
9. *Origo clauſulæ ne mineraucun hors loy.*
10. *Legis actio penes quem magiſtratum ſit.*

11. Sca-